



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Imago saeculi XVII. ad annum huius saeculi X. producta**

**Neuhusii Paderbornae, 1710**

Annus 1680.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29436**

copiarum Cæsaris, tum à lue pestifera, quæ per ditiones Cæsaris hæreditarias, aliasque nonnullas provincias Germaniæ crudeliter hoc anno grassata fuit.

Pax Hispano-Gallica confirmatur per connubium Regis Catholici cum Maria Aloysia Philippi Aurelianensium Ducis Filia, quæ ingenti pompa & magnificentia ex Gallia in Hispaniam deducta fuit. Ibidem facto decessit Joannes Austriacus non sine suspitione veneni, quod illi propinatum nonnulli crediderunt ab invidia quorundam Magnatum, quorum oculos livore fortè suffudit nimia Joannis authoritas.

*ANNUS 1680.*

**S**ub initium hujus anni Augustæ Vindelicorum piè fatis decessit Joannes Fridericus Dux Hañoveranus familiæ Brunswico-Luneburgensis, contra gentis institutū religioni Catholicæ addictus.

In grassantes iterum more suo rapinis, cædibus, & incendiis rebelles Hungaros, vario Marte & armorum eventu pugnatum à Comite Caprara Duce Cæsarearum Copierum.

Delphino Galliarum nubit Maria Anna Christina Bavara pridie nonas Martii in

Campaniæ confinibus à Rege, aulæque primoribus eâ pompâ excepta, quæ tantas nuptias deceret.

Anni finem funestavit ingens Cometes cauda oblonga spectabilis, de quo multa etiamnum scriptitare & commentari non desinunt, qui se astrorum peritos jactitant.

ANNO 1681.

**T**Andem Pontifex urbis & orbis Catholici precibus fatigatus post exactos annos quinque in Pontificatu 1 Septembr. renunciavit Cardinales sedecim, quos maturo iudicio purpura digniores censuerat.

Cæsar celebrat comitia Oedenburgi, in quibus ea omnia Hungaris clementer exhibita, quæ vel nutantem vel fractam eorum fidem redintegrare possent, restituta iis facultas eligendi ex gentilibus regni Palatinum; qua dignitate ornatus fuit omnium votis Comes Esterhasius; rejecta solius Teckelii impudentia, qui absens epistolis suis ausus est Cæsari imponere solvenda Turcis tributa, quæ ipse spondidisset, templaque hæreticis, & rebellibus omnibus bona Fisco addicta extorquere, finem comitiis imposuit solennis inauguratio Augustæ in Regnam Hungariæ.

Dum